



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia**

**Tamburini, Tommaso**

**Lugduni, 1689**

2. Quos casus sibi reservare potest Episcopus?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

quia raro peccatum referatur idem ab Episcopis, quod à Pontifice, unde poterit eiusmodi usus introduci.

12. Idem dicerem, si quis esset Excommunicatus excommunicatione Pontificia; & Episcopali de eadem re, neque enim absolutus ab Excommunicatione Pontificia, intelligeretur absolutus ab Episcopali, quia existentibus duobus impedimentis, vno sublato, alterum non tollitur, ut colligitur ex cap. *Quarum, de auctor. & usu pallii, & ex l. si Domus, ff. de servit. V. licet intelligi etiam ab Episcopali, vsu communi sic interpretante, doceat Raguccius, Naldus, alique apud Dianam p. 5. tr. 9. ref. 60. Sed ego etiam de eiusmodi vsu, propter rationem, à me modo dictam, valde dubito.*

13. Quæres Secundo. Quod dictum est, remota excommunicatione non remanere casum reservatum in Casibus reservatis, procedit etiam in Casibus illis Pontificiis, qui cum ipsi Pontifici sint reservati, idem tamen Pontifex concessit, ut possint ab Episcopo absolvi, qualis est v. g. abortus foetus animati, & alij quos *mox c. 6. §. 1. n. 2.* enumerabo.

Respondeo, Salvo meliore iudicio, mihi videtur (nam apud neminem id lego) procedere; nam ij nunc sunt quidem Casus Episcopales, ut ibidem dicam, sed per huiusmodi concessionem non mutant reservationem, quam habent Pontificiam; quare solum sunt reservati, quando, (ut supra dictum est de Casibus omnibus à Pontifice reservatis,) conjunctionem habent cum excommunicatione; unde, ea remota ob ignorantiam, vel ob metum, vel per Absolutionem, non remanebunt Casus reservati, sed poterunt absolvi à communi Confessario.

§. II. *Peccata, seu Excommunicationes Summo Pontifici reservata.*

I N tres Classes ea distribuo. Prima continetur in Bulla Cænz. Secunda in quodam Decreto Clementis VIII. Tertia in Constitutionibus priorum Pontificum.

Duarum priorum summam attuli in *Opusculo Methodi Confessionis, lib. 3. c. 7. §. 4. à n. 13.* Tertiam habes apud Filliuc. *tract. 10. c. 9. n. 213.* Caltrop. *Suar. Bonac. & fus. Duardum. Alter. Sayr. cum de censuris, & sexcentos alios.* Nolo ergo actum agere, sed ad necessaria progredi.

CAPVT VI.

*De peccatis Episcopo reservatis.*

§. I. *An in Iure sint aliqui Casus reservati Episcopis.*

1. CERTUM est, ab aliisque sacis probatum, nullum hodie de facto casum esse reservatum, in Iure, Episcopis, saltem, quia (ut notat Floronus 1. p. de casib. *reserv. c. 1. §. 1. num. 5.*) consuetudine ita servatur. Lege *Suarem de poen. d. 29. sect. 3. n. 6. Barb. de potest. Ep. all. §. 1. n. 2. Quint. singul. 1. de poenit. n. 1. Caltrop. de poenit. q. 15. §. 2. n. 2.* aliosque. Eos igitur, pro sua Diocesi, quilibet Ordinarius reservare poterit, quos prudenter ad bonum suarum ovium expedire iudicaverit: vel in reservari etiam erunt Episcopis, quos de facto propria alicujus Diocesi consuetudo reservavit.

2. Quoniam vero aliquot inveniuntur Casus Summo Pontifici reservati, quos Summus Pontifex concessit, ut à se possint absolvi ab Episcopo, quale est ex Tridentino *sess. 24. c. 6. de ref.* omne delictum quomodocunque Pontifici reservatum, si sit occultum, & non deductum ad forum contentiosum, & qualis etiam est levis percussio Clerici, inter limites peccati mortalis, ut dicemus in explicatio Excommunicationis, *si quis Suadente, & qualem etiam esse abortum foetus animati, diximus l. 5. in Decal. cap. 2. §. 4. à num. 7.* Quoniam, inquam, hæc ita se habent: Quæritur, an eiusmodi Casus sint Episcopis concessi iure suæ ordinariæ iurisdictionis, & sic

possint, debeantque vocari casus Episcopo reservati, verò sint Pontificii.

3. Sanchez *l. 4. in Decal. cap. 54. c. 17. Pontificii* l. 8. cap. 6. num. 9. *Tragos. p. 1. l. 4. d. 10. num. 98.* alij tantum dicit, & esse Episcopales, hoc est absolute Episcopis reservati, quia sunt concessi dignitate Episcopalis, que adeo perpetuo, quod est jam nunc illos esse Episcopos iurisdictionis Episcoporum; *Castropalus in Cæn. part. 8. §. 1. num. 7. & Henric. l. 6. cap. 14. c. 7.* remanere Pontificios, quia tales sunt per se, licet Episcopis sint, per delegationem, concessi.

4. Sed vera decisio, utramque sententiam facit concilians, est eos esse vere, & per se Pontificios, non enim per delegationem concessam Episcopis, nec suam primævam naturam reservationis Pontificiam, supra dixi cap. 5. §. 1. num. 11. Sed tamen possunt tandem modo; & quoad aliquem effectum vocari Episcopales, quia, cum eorum absolutio potestatem iurisdictionis, sunt ejus ordinariæ, & per se iurisdictionis. Vi de opinio quæ dicam infra cap. num. 13.

5. Permaximè autem utilis est hæc decisio, cum Confessarius electus per Bullam Cenciæ absolvit Episcopales, toties, quoties, & eodem modo Mortales extra Italianam absolvit per sua privilegia. Quos eisdem Episcopales, & denique ipsi Episcopi, vel alicui Confessario delegare potestatem absolvendi Casus Episcopales. Si ergo prædicti Casus, de quibus loquimur, absolute remanent Pontificii, nec Bulla Cenciæ, nec privilegia Mendicantium, nec dicta Episcopi delegatio per concessionem Casuum Episcopales, extendent ad illos. At certe se extendent, si exceptis semper hæresim etiam occultam, propter ejus occultitatem) si sint, ut nos probabiliter sustineamus, tandem modo Episcopales, & iurisdictioni Episcopali connexi.

6. Dices. Si hi casus sunt jam concessi Episcopis, non autem aliis communibus Confessariis, ergo non ipsi Episcopis reservati. Ergo falsum est, quod dicitur est num. 1. de facto non esse alios Casus reservatos Episcopo, nisi in Diocesi specialiter reservatos. Respondeo, Nego primam, & secundam consequentiam. Illi enim casus sunt Pontificii, nec esse tales debent, nec, ut num. 4. dixi, naturam reservationis mutant per delegationem, qua concessi fuerunt Episcopis. Quis enim dicat delicta occulta in Cænz. Decretis esse, vel vocari posse casus absolute reservatos Episcopis; & tamen Tridentinum illos ipsi concessit. Ne igitur immisceas hæc duo, Casus reservatos in Iure Episcopis, & Casus reservatos in Iure Pontifici, sed per particularem delegationem ordinariæ Diocesi Episcoporum concessos, ut rectè notavit *Florus part. 1. de casibus reservatis. cap. 1. §. 1. num. 5.* Illi pro nos cum Doctoribus citatis negavimus dicto nomine non autem hoc posterius: quæ differentia, quæ diversam praxim pariat, habebis infra cap. 9. §. 1. *mero §. 6. & 7.*

§. II. *Quos casus reservare sibi potest Episcopus.*

1. Signatè dictum est §. præcedenti num. 1. Episcopo reservare poterit Casus, quos prudenter ex parte iudicaverit, (&c.) nam Casus reservare cum moderacione debet, ne Sacramenti penitentiae vltus difficultate datur, quam par est: de qua moderacione extant documenta Sacre Congregationis apud *Quarant. l. 1. de reserv. sine. Grassus de casib. reserv. d. m. de potest. Ep. d. l. num. 288. aliosque l. c.* Et Barbosa quidem bene enumerat casus reservari consuetos, modumque eorum interpretandi.

2. At quæstio est an ipsi possint peccatum mortale cujuscunque gravitatis reservare? Respondeo, speculativa natura reservationis, posse, quia statim, atque peccatum est mortale, capax est reservationis, ut supra vidimus

CASVS RESERVATI IN PANORMITANA DIOECESI.

1. Raptores Virginum.
2. Prolem suffocantes.
3. Nefandum Sodomiae scelus committentes.
4. Paganis mulieribus, aut bestiis abutentes.
5. Qui sanctimonialia vel alias mulieres, intra Monasterium commorantes, turpiter alloquuntur, vel turpe quid intemere, aut tractant.
6. Sorilegium operantes, veneficia, superstitionesque exercentes, & quolibet Sacramento, vel Sacramentali ad id abutentes.
7. Literarum, ac Sigilli Archiepiscopalis, & ejus Curia falsarii, & qui literas, & scripturas Archivii, vel furto arripunt, vel quovis modo mutilant, aut deturpant, ut integre legi nequeant.
8. Notarii, qui legata, ad pias causas facta non denuntiant.
9. Clerici ad quoslibet ordines per saltum vel furto promovendi.
10. Bonorum Ecclesiasticorum invasores.

I. Raptores Virginum.

1. Qui igitur rapit puellam, vel viduam, vel vxor fatam, quamvis ex dictis, lib. 2. meth. Con. cap. 7. §. 9. & l. 7. in Decal. cap. 6. §. 1. & 2. Raptum committat, hic non comprehenditur.

Nomine autem Raptoris ex ordinaria significatione hujus criminis, intelligitur committens Raptum, vnam ex speciebus luxuriae. Ad hujusmodi autem Raptum, ut ibidem explicuimus, tria requiruntur, Vis illata, Finis inhoneste libidinis, Abductio in alium locum; Quoniam ergo ibidem diximus, constitui Raptum siue vis illata sit ipsi virgini, consentientibus parentibus, vel iis, sub quorum cura vivit virgo, siue sit illata consentiente ipsa virgine, praedictis non consentientibus, ideo hic consequenter dicendum est, esse casum reservatum, quocumque ex iis modis Raptus committatur.

2. Praeterea. Diximus aliquanto superius, peccatum, quod reservatur, nisi quid aliud exprimat, debere esse in illo genere completum. Iam quae, ut Raptus virginis hic Panormi reservatus, oportetne, ut sit per copulam consummatus? Respondeo, non oportere. Ratio est, quia ut dicto l. 7. in Decal. c. 6. §. 2. num. 10. docuimus, Raptus satis consummatur per ipsam abductionem ad finem libidinis. Ita Sancti. l. 7. de matr. d. 12. n. 7. Less. l. 4. cap. 3. num. 66.

Nomine Raptoris non intelligitur hic quasi habitualiter rapiens, sed etiam ille, qui, vel semel rapit, ejusmodi enim est loquutio Doctorum, cum agunt de Raptu, etiam si semel committatur.

II. Prolem suffocantes.

1. Occidi potest proles, Primò, per abortum fetus animati (nam si nondum est animatus, non dicitur saltem proprie, proles.) Secundò, per suffocationem, quae fiat dum in eodem lecto infans ponitur cum nutrice, vel Matre, ibique opprimatur ab ipsis, periculum adgrentibus, & non curantibus. Tertio, per suffocationem ejusdem infantis de industria factam, ut si mater suam prolem volens occultare ex adulterio genitam, eam suffocet. Quarto si infantem vulnerando, vel eidem venenum propinando, quamvis non suffocando, ipsum occidat. Quintò, si filium iam grandisculae aetatis, seu iam adolescentem ejus mater, vel pater suffocet, seu alio modo interficiat. Querimus iam, an commissum hoc crimen singulis praedictis modis casus sit reservatus.

14. Respondeo. Si reservatos hos omnes modos reservare voluisset, dixisset sane se reservare abortum, occisionem filii, vel ejusdem homicidium, vel quid simile: nunc vero, cum meminerit solum suffocationis, puto, salvo meliori iudicio, solum aliquos ex dictis voluisse

F comple

at, specata Summi Pontificis dispositione, aliud est dicendum de Episcopis, aliud de Praelatis, seu Capitulis Regularium.

3. Aio igitur Primò, Episcopos, seu Ordinarios licite non posse. Explico id, asserendo ea, quae docet de here Quint. sing. 8. de panit. n. 5. Is enim cum attulisset verba Trident. asserentis, posse sibi Episcopos atrociora quaedam, & graviora crimina reservare, cumque etiam protulisset S. Cong. & Clem. VIII. monitionem, qua Episcopi admonentur, ne in Casuum reservatione modum excedant, sed reservent sibi atrociorum tantum, & graviorum criminum absolutionem, addit in 4. Si sit reservatum factum, vel detentio Decimarum, quando quis furaretur, vel retineret ex Decimis duodecim, vel quatuordecim argenteis, neminem diciturum, hunc atrox, & grave crimen commississe, eumque esse atrocissimum latronem, & sacrilegum gravissimum. Et paulo post. Quantitas ergo, (ait) duodecim argenteorum, licet sufficiens sit ad mortale, non tamen ad reservationem prudenter in Diocesis facienda, cum ad hanc requiratur gravitas valde considerabilis, & atrocitas. Haec ex illo. Unde recte à nobis dictum est, Episcopos ex dispositione Pontificis, fuisse limitatos ut non reservarent quodcumque peccatum mortale, sed tantummodo atrox, & grave.

4. Quid autem, si non gravia reservent, reservabuntne valide? Respondeo, Sylvester, & Henriquez, quos refert, sequiturque Suarez apud dictum Quint. l. c. n. 7. validam esse dicunt ejusmodi reservationem, licet, quia potius in destructionem quam in aedificationem ea tendere, illicitam. At Sotus, & Richardus, quos refert, sequiturque Vasquez apud eundem, nec validam dicunt, nec licitam, quia Episcopi carent ea jurisdictione; cum Pontifex ipsi illam limitaverit (ut num. 1. dictum est) in dispositionibus Tridentini, Sacrae Congregationis, & Clementis VII. Mihi placet opinio Suarez, quia in dictis dispositionibus, quas ad verbum affert. Quintana, loc. cit. nullum verbum est, siue irritans factum, siue jurisdictionem tollens.

5. Haec quaestio, si recte advertis, non est eadem, sed solum similis illi, de qua egimus supra cap. 2. num. 3. ibi enim actum est de reservatione omnium, vel majoris partis delictorum, hic agimus etiam de vnicò, si ex aliquo capite non sit atrox, nec sit notabiliter grave.

6. Aio Secundo, Praelatos, cum Capitulis Regularium posse, & valide, & licite peccatum mortale quamvis non tam atrox reservare, juxta id quod ipsi bonum, & utile pro suis Religiosis prudenter judicaverint. Ratio est, tum quia in praecedentibus dispositionibus solum loquutio est cum Episcopis, tum quia idem Clemens id concedit Regularibus, dum in Catalogo Casuum, quos sibi reservare ij possunt, aliqua peccata inserit, mortalia quidem, sed certe non admodum gravia, quae est, proprietates contra votum paupertatis, quae sit peccatum mortale, furtum de rebus Monasterij in ea quantitate quae sit peccatum mortale, lapsus carnis voluntarius opere consummatus. Accedit & ratio disparitatis: Regulares enim profitentur perfectionis statum; unde gravius semper iudicatur peccatum ipsorum quam iudicetur, illud quod committunt saeculares, qui statum illum perfectum non profitentur.

§. III. Peccata hodie reservata Archiepiscopo Panormitano.

Qualiber Diocesis proprios solet statuere Casus reservatos, quos omnes recenseat nostrum non est, satis igitur nobis, superque erit, si nostrae Panormitanae Diocesis casus reservati in vltima Synodo anni 1692. propositos, hic additis nonnullis notulis asseramus.